

de Reg. Jur. in 6. ibi: Olla restringi, & favores con-

Juramentum bona fide, & sine dolo generaliter
prestitum est interpretandum secundum intentionem
jurantis, neque extendendum ad incogitata, seu ad
ea, de quibus jurans in specie non cogitavit, & si
menti occurrissent, verisimiliter non promississet, sed
exceptisset; arg. cap. Veniens 16. de jurejurando (Lex 27.
tit. 11. p. 3.) ubi Innocentius III. Summus Pontifex des-

Si autem jurans dolose praeiit juramentum sub
verbis aequivocis ad decipiendum eum, cui juravit; tunc
juramentum est interpretandum, & obligat iuxta in-
tentionem recipientis, id est, iuxta sanam intellectum
illius, cui juratur; cap. Quicumque 9. caur. 22. q. 5.
ibi: Quicumque arte verborum quisquis juret, Deus ta-

Juramentum praeiitum circa materiam Juris (id est
circa illa, de quibus Jus ipsum aliquid disponit) est
interpretandum secundum dispositionem Juris, nec est
ultra extendendum; arg. cap. Ad nostram 21. de jure-
jurando, in ejus Summario sic praecise habetur; Ju-

Unde in omni Juramento promissorio, quavis abso-
lute factio, quaedam tacite subintelliguntur conditiones;
sicut docent Glossa in cap. Quemadmodum 25. de jure-
jurando, verb. Conditio; Abbas ibi. num. 8. Pirhing.

colligitur ex cit. cap. Quemadmodum 25. §. 1. de jure-
jurando, ibi: Non obstante hujusmodi juramento, quoniam
in eo talis subintelligenda conditio.

Prima conditio, quae in juramento promissorio ta-
cite, ac ipso jure subintelligitur, est, Si potero, quia
ex cap. Nemo 6. de Regulis Juris in 6. Nemo potest ad
impossibile obligari, & hoc procedit, nedum de impos-

Secunda est: Salvo jure, & auctoritate Superioris,
colligitur clare ex cap. Venientes 19. de jurejurando, ibi:
Cum praedictum juramentum vos excusare non possit, in
quo debet intelligi jus Superioris exceptum. Et in ejus
Summario dicitur; Non valet juramentum praeiitum in
praejudicium Juris Superioris, & concordat c. Ea te 22.

Tertia est: Nisi ita, in cujus favorem juratum est,
sponte remiserit, quia quilibet potest rem vi juramenti
sibi debitam, alteri remittere, & condonare, cum qui-
libet suo juri renuntiare possit, cap. Si diligenti 12. de

Quarta conditio est; Si res in eodem statu perman-
serint, id est non fuerint notabiliter mutatae, quia veri-
simile non est jurantem habuisse intentionem se obligan-
di ad rem adeo difficilem, vel etiam indecentem, qualis
contingere solet, ubi notabilis mutatio supervenit,
adeoque ejus juramentum est interpretandum, quod ad
casum adeo improprium, & incogitatum se non exten-

Quinta conditio, maxime in pacto, vel contractu
etiam jurato subintellesta est: Si altera pars fidem
servaverit, id est pacto, sui promissis suis steterit, quia
ex cap. Frustra 75. de Regulis Juris in 6. (Praecedentia
ex leg. dicit. 27. & 28. tit. 11. p. 3. comprobationem acci-
plunt.) Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servare,

Juramentum servandi statuta edita alicujus eccle-
siae, capituli, vel communis, Civitatis, provinciae, seu
regni non est interpretandum, quod extendatur
ad statuta imposterum edenda, textu expresso in cap.
Clericus 15. de jurejurando, & ibi Glossa, & Doctores
communiter. Juramentum enim est stricte interpretan-

lumo, etiam qui promittit se velle vi juramenti 12

antea praestiti servare illa statuta postmodum edita,
quia obligatio prioris juramenti non potest ultra fines
sui obiecti extendi per simplicem promissionem, objec-
tum autem prioris Juramenti fuerunt solum statuta jam
edita, unde nisi de novo juraverit, promissio illa re-
tinet solum vim simplicis promissionis, ac proinde li-
cet quis transgredi non debeat, quod promissit, non ta-
men censendus est perjurus, si promissum non exequatur,
cum ad exequendam talem simplicem promissio-

Item Juramentum etiam absolute, & simpliciter
praestitum servandi statuta alicujus ecclesiae, collegii,
civitatis, provinciae, vel regni non addendo jam edita,
non extenditur ad futura, seu edenda, nisi expresse
in aliqua parte Juramenti fiat mentio, seu appareat
jurantis intentionem etiam esse de futuris. Baldus in cit.
cap. Clericus 35. de jurejurando num. 2. Barbosa ibi.
num. 7. Pirhing lib. 2. decret. num. 105. Reiffenstuel ibi.
num. 62. Angelus verb. Juramentum 5. num. 35. Sanchez

Dummodo tamen posterius illud statutum non sit
mere declarativum non prioris, seu veteris, quia tunc
tale statutum mere declarativum non esset vere novum
statutum, sed realiter esset idem cum veteri, eo quod
declaratio legis retrahatur ad tempus conditae legis;
atque a principio jam inesse, & infusisse censetur. Au-
thent. de raptis mulieribus §. final. Collat. 9. ubi Imperator
de tali Legum suarum declaratione loquens ait:

Omne Juramentum promissorium debite factum circa
materiam honestam, & licitam parit obligationem circa
observandi illud ex virtute Religionis; Communis textu
claro in cap. Si vero 8. de jurejurando, & concordat
cap. Cum contingat 28. eod. §. cap. Quamvis pactum
2. de pactis in 6. cum similibus. Juramentum autem
de re inhonesta, & illicita mortaliter, seu venialiter,
nullam parit obligationem; Communis textu aperto
in cit. cap. Si vero 8. §. cap. Cum contingat 28. de
jurejurando, cap. Quamvis 2. §. cap. Quia 3. de pactis

Non solum parit, simile juramentum obligationem illud observandi, verum etiam si ab aliquo infra-

(1) L. i. tit. 17. lib. 8. Por quitar que algunos se
atreven en peligro de sus almas á quebrantar ligera-
mente los juramentos que hacen, mandamos que qualesquier persona, ó personas de qualesquier estado,
preeminencia, ó dignidad que sean, que quebrantaren,

in 6. cap. Si publicis 1. cap. Est etiam 2. cap. Quod Da-
vid 3. cap. Juravit David 4. cap. In malis promissis 5.
cap. Si aliquid 6. cap. Unusquisque 8. cap. Non est ob-
servandum 13. cap. Si aliquid 16. cap. Actiõne 18. cap.
Si quis 19. cap. Si ad peccatum 20. cap. Mulier 21. cap.
Inter cetera 22. §. cap. Innocens 23. caur. 22. quasi. 4.
cap. Non est obligatorium 58. cap. In malis 69. de Re-
gulis Juris in 6. Et ratio est, quia Juramentum non
fuit institutum, ut esset vinculum iniquitatis, ut ex-
presse dicitur in cit. cap. Quanto 18. de jurejurando: ibi:
Cum juramentum non ut esset iniquitatis vinculum, fue-
rit institutum, & in cap. Inter cetera 22. caur. 2. q. 4.
ibi: Porro juramentum non ob hoc fuisse institutum in-
venitur, ut esset vinculum iniquitatis. Hinc in cap. Non
est obligatorium 57. de Regulis Juris in 6. expresse dicitur:
Non est obligatorium contra bonos mores praestitum
juramentum, & cap. In malis promissis 69. de Regulis
Juris etiam in 6. praecise habetur: In malis promissis
fidem non expedit observari.

Juramentum soli Deo factum de opere minus per-
fecto, & cujus oppositum est melius, sicut & juram-
entum Deo factum de re prorsus indifferenti non obliga-
tur; Communis arg. cap. Scriptura 4. de voto, ubi sta-
tuatur non obligare votum de re impeditiva majoris boni,
& licite posse elici illud majus bonum, adeoque
idem dicendum venit de juramento soli Deo facto, quod
induit naturam voti, & clare habetur in cap. Pervenit 3.
de jurejurando ubi expresse dicitur: Non enim propo-
situm, aut promissum infringit, qui in melius illud
commutat; & in ejus Summario dicitur: Non pejerat,
qui Juramenti implementum in melius commutat. (Vid.
tit. 8. p. 1. praecipue leg. 7. Omnia verb. Votum, ex-

Juramentum autem factum homini, seu Ecclesiae,
vel alicui Communitati de re honesta, & licita semper
obligat, neque in aliam quamvis meliorem rem solo jur-
antis arbitrio commutari potest; Communis arg. cap.
Cum contingat 28. de jurejurando, §. cap. Quamvis
pactum 2. de pactis in 5. ubi tanquam recepta Juris
Canonici generalis Regula statuitur, quod Juramentum
homini praestitum necessario sit servandum; quotiescum-
que sine peccato, seu sine salutis aeternae dispendio, & sine
alterius praesudicio servari potest.

Ratio vero quare Juramentum promissorium soli
Deo factum de opere minus perfecto non obliget, sed
possit solo jurantis arbitrio commutari in melius,
non sic autem Juramentum promissorium factum homi-
ni, est, quia in juramento promissorio factio homini
spectatur, quid illi gratius sit, unde mutari nequit in
opus, quod absolute quidem melius sit, at ei, in cu-
jus gratiam, seu utilitatem fuit factum, sit minus utili-
le, vel acceptum, cum sic contentus esse non praesum-
matur. In Juramento autem promissorio factio soli Deo
spectatur, quid melius sit. Unde mutari potest in qual-
cumque opus melius, cum sic Deus praesumat esse
contentus; Layman theol. moral. l. 4. tract. 3. cap. 7.
num. 6. Reiffenstuel lib. 2. decret. tit. 24. num. 8. & alii
passim.

Juramentum promissorium gravi, & injusto metu
extortum obligat, quando sine culpa servati potest, &
à legitimo Superiore non relaxatur; sic v. g. qui juravit
latroni inique exigenti pecunias soluturum, juramentum
servare debet, nisi ei relaxetur; Communis cum
S. Th. 2. 2. quest. 89. art. 7. ad 3. Pirhing. loc. cit. nu-
mer. 69. Reiffenstuel loc. num. 100. Sanchez lib. 3.
in decalog. cap. 11. num. 14. Layman loc. citat. cap. 7.
num. 2. textu expresso in cap. Si vero 8. de jurejurando,

ó no guardaren el juramento que hicieren sobre quales-
quier contrato, en que haya lugar ponerse, que por
el mismo fecho hayan perdido, y pierdan todos sus bienes
para la nuestra Cámara.

do, ibi: *¶* Si vero aliquis quemquam gravissimo metu sub Religione juramenti suum jus refutare coegerit, ipsiusque sibi retinerit, quia nos consulere voluisti, an alter eorum, vel neuter id habere debeat; Duximus tibi respondendum, quod non est tutum quemlibet contra juramentum suum venire, nisi sit tale, quod servatum vergat in interitum salutis aeternae. Nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra juramentum proprium, ne auctores perjurii videamur; & ibidem statim subjungitur, quod ad coerendam iniquitatem perversorum, Romana Ecclesia consuevit à tali juramento absolvere, & in ejus sumario sic praecise dicitur: *¶* Si juramentum per metum extortum servari potest sine interitu salutis aeternae, servandum est; Ecclesia tamen Romana consuevit à tali juramento absolvere, & concordat cap. Verum 15. de Jurejurando, & cap. Ad audientiam 4. De iur. qua vi mentis causa sunt.

(Ad rem lex fin. tit. 28. part. 2. Repete leg. 27. & 28. fin. 11. p. 3. Lex 28. tit. 11. p. 5. praescribit, promissionem, licet juratam, metu, vi, seu dolo extortam, quemlibet adimpleri non teneri, nec ad poenae praestationem, si fuerit interposita: ultro tamen si promissum solveret, nulla datur repetitio: Ad idem fere tendit lex 49. tit. 14. ejusd. p. verum lex fin. tit. 11. p. 3. decisione in leg. 28. se contradicere videtur, eo quod extra casum, in quo juramentum ad ingrediendum religionem, cum aliqua ad contrahendum, propter nuptias ut aliquid offeratur & fuerit praestitum, vi vel metu factum est, adimplendum: ipsemet D. Gregor. Lop. in glor. ad leg. 27. sibimet haec contradictionem animadvertit: mihi non licet super hac contentione meam incitiam ostendere, nam forsitan valerem aliqua verba inserere quae tanti nominis Doctorem inter, & contentibilem meam intelligentiam dissidium interponeret; quilibet eundem in cit. gloss. recognoscat, & in consilium suas cogitationes redigat.)

21 Obligatio propria juramenti, prout procedit ex virtute Religionis, est omnino personalis, solumque juramentum alicui, & non transit ad heredes, seu successores ejus; S. Thomas 2. 2. quest. 98. art. 2. ad 4. Abbas in cap. Veritatis 13. de Jurejurando num. 3. Covarrubias in cap. Quamvis pactum 2. de pactis in 6. part. 1. §. 5. num. 3. Suarez lib. 2. de jurament. cap. 31. num. 12. Layman loc. cit. cap. 10. num. 3. Sanchez lib. 3. in decalog. cap. 13. num. 1. Reiffenstuel loc. cit. num. 103.

22 Pirhing loc. cit. num. 146. ubi testatur de communi. Et ratio est, quia tale Juramentum est vinculum personale; Religio enim juramenti ejusque obligatio, non nisi propria voluntate suscipi potest, adeoque non transit ad alias personas propria voluntate ad talis Juramenti obligationem non occurrentes. Et hoc stat, etiamsi quis pro se, & suis successoribus juraverit aliquid praestare, quia licet successoris in tali casu possint obligari vi pacti, seu promissionis ab alio acceptatae, ut infra num. 24. dicitur, non tamen hi obligantur ex vi Juramenti, adeo ut, si Juramentum sui Antecessoris non servent, censentur perjuri, quia obligatio Juramenti, quae oritur ex virtute Religionis, non nisi propria voluntate suscipi potest, cum sit actio personalis; Abbas, Sanchez, Layman, Pirhing, Reiffenstuel, loc. cit. & alii.

23 Unde si Rex v. g. Episcopus, Canonicus, & hujusmodi ad regnum, episcopatum, canonicatum, & hujusmodi admittantur, sine ullo praestito Juramento, non obligantur sub Juramento ad servanda ea, qui sui Antecessores servare juraverunt, & si ea transgrediantur, non evadunt perjuri, & per hoc omnes supradicti à principio sui regni, episcopatus, canonicatus, & hujusmodi, solent praestare proprium, ac personale Juramentum, Silvester verb. Juramentum 4. quest. 3. Suarez, Sanchez, Pirhing, Reiffenstuel, Layman, aliique supradicti.

24 Obligatio Juramenti proprie promissorii seu confirmatorii promissionis ab altero acceptatae, vi pacti, seu ex virtute justitiae transit ad heredes, aut successores ejus, cui juratum est; Communis, arg. l. Veteris Cod. de contrahend. stipulat. & l. Si pactum 9. ff. de probatio-

nibus, & c. Veritatis 14. de Jurejurando, in quo habetur, vassallum, qui juravit Praelato fidelitatem, atque reverentiam, & obedientiam, eandem etiam sine novo Juramento debere successoribus, quamvis eorum expressa mentio facta non fuerit. Unde recte dicunt communiter Doctores cum Innocentio, & Abbate in citat. cap. Veritatis, Covarrubias in cit. parti. 1. §. 2. num. 7. Scaccia lib. 2. de Jurejurando cap. 2. num. 103. quod Juramentum licet sit personale ex parte jurantis, tamen fit reale ex parte ejus, cui juratur, id est transitorium cum re, puta dignitate, hereditate, sicuti explicarunt Abbas in cit. cap. Veritatis num. 3. Covarrubias loc. cit. num. 7. Layman loc. cit. cap. 10. num. 5. in fin. & alii.

25 Juramenta possunt per potestatem dominativam irritari, & annullari; non solum per accedens, & indirecte, id est ratione materiae promissae, & juratae, quae alterius potestati subiecta sit, sed etiam per se, & directe, id est, ratione voluntatis jurantis, quae alterius potestati subiecta sit, ut in Religioso, & impubere accidit; sic colligitur ex cap. 30. num. & tenent S. Thomas 2. 2. quest. 89. ad 3. S. Antonin. part. 2. tit. 10. c. 6. §. 2. Sanch. lib. 3. moral. cap. 19. num. 1. Silvester verb. Juramentum 3. quest. 7. Sa cod. verb. num. 3. Layman loc. cit. cap. 11. num. 1. Sotus lib. 8. quest. 1. art. 9. Tolentus lib. 4. cap. 23. & alii passim.

26 Juramenta promissoria soli Deo facta irritari, & annullari possunt per potestatem dominativam patris praelati, domini, mariti, & hujusmodi, colligitur ex citat. cap. 30. num. & tenent citati Doctores, & alii plures apud Sanchez cit. lib. 3. cap. 19. n. 2. & Layman l. c. num. 2. Juramentum enim promissorium Deo factum nihil aliud est, quam votum juratum, adeoque fit, sicut votum, ea tacita, & subintellecta conditione; Salvo jure superioris irritandi potestate praedicti, argument. cap. Venientes 19. & cap. Ea te 22. de Jurejurando, & patet ex dictis num. 7. quia juramentum accedens promissioni, seu voto, assumit naturam, & conditiones ejus cap. Quemadmodum 25. de Jurejurando. (Vid. verb. votum.)

27 Juramenta etiam homini praestita annullari, & irritari possunt per potestatem dominativam patris praelati, domini, tutoris, mariti, & hujusmodi, quod quies voluntas jurantis, seu materia jurata est ipsis subjecta, vel praedictis; arg. cit. cap. Venientes 19. de Jurejurando ubi statuitur, quod non valeat juramentum praestitum in praedictum Juris Superioris, & in juramento intelligitur semper jus Superioris exceptum. (Consonat dict. lex 27. tit. 11. p. 3.)

28 Unde Papa potest irritare, & annullare omnia juramenta edita circa Beneficia Ecclesiastica distribuenda, augenda, minuenda, quia super istis habet plenissimam potestatem, cap. Licet 2. de praebend. in 6. Item juramenta de non alienandis rebus Ecclesiae, & alia hujusmodi, quae sunt de materia subiecta dispositioni Papae.

29 Ita Episcopus potest irritare ea Clericorum juramenta, quae facta sunt circa res suae dispositioni subiectas, ut v. g. Si Clericus se juravit vestes sacras commodaturum, aut tali loco non discussurum, donec debita solverit, vel quid aliud fecerit. Non enim ob id derogatur Juri Episcopi, quo minus ob justam causam eum ad se revocare possit, & inhibere, ne sacras vestes commodet, & hujusmodi; Abbas in cit. cap. Venientes 16. de Jurejurando num. 3. Layman loc. cit. cap. 11. num. 2. Sporer & alii passim.

30 Item Superior Regularis potest irritare, & annullare Juramenta suorum subditorum, quia ob emissionem votum obedientiae, eorum voluntas est omnimode Superiori subiecta, nec habent velle, nec posse; Sanchez citat. lib. 3. cap. 19. num. 3. Layman loc. cit. num. 2. Felix Potestas tom. 1. part. 2. num. 1715. Sporer & alii passim.

31 Item pater, ac tutor irritare potest omnia pacta jurata impubere, quia ob aetatis imbecillitatem etiam ejus voluntas, & obligationes alienae potestati subiectae sunt; Covarrubias in cap. Quamvis part. 3. §. 1. num. 5. Lagunez Retob. cap. 15. num. 18. Suarez lib. 2. cap. 38. numer.

mer. 12. Lessius lib. 2. cap. 42. num. 61. Layman loc. cit. num. 2. & alii plures.

32 Item dominus irritare potest promissiones juratas servi sui, maritis promissiones juratas uxoris, & e contra uxoris promissiones juratas mariti: si juramenta illis praedictis, aut sint de materia illis subiecta; Layman loc. cit. num. 2. Felix Potestas loc. cit. num. 1726. Suarez, Sporer, Azorius, & alii passim.

33 Juramentum autem hominis, cujus voluntas, & materia jurata non est alteri subiecta, nec praedictas, quando ab eo, cui est praestitum, acceptatum est, non potest ordinarie remitti, relaxari, irritari, nec dispensari, nec etiam in melius commutari sine consensu ejus, cui praestitum est; Communis cum S. Thom. 2. 2. quest. 89. art. 9. ad 3. Laym. loc. cit. cap. 11. num. 5. & ratio est; quia tali juramento est jam acquisitum Jus homini, cui praestitum est, unde tali jure, sicuti & aliis bonis privari non potest.

34 Notanter vero dicitur ordinarie, quia dantur aliqui casus, in quibus potest relaxari etiam tale Juramentum. Primo, si bonum commune Ecclesiae talis juramenti relaxationem exigit, quia per text. in cap. Bone memoriae 3. de postulat. Praetor. leg. Aetione 61. §. 1. ff. Pro socio, cum similibus, bonum commune praevalet bono particulari, seu privato, & tale juramentum relaxare maxime pertinet ad Summum Pontificem, ut cum S. Thom. 2. 2. quest. 89. art. 9. ad 3. docet Communis Doctorem. Interdum tamen potest etiam Episcopus juxta qualitatem causarum, & personarum relaxare juramentum alteri praestitum, v. g. non accusandi, non denuntiandi, & hujusmodi, si bonum commune suae dioecesis id postulet; Suarez lib. 2. de jurament. cap. 4. num. 5. Silvester verb. Juramentum 5. quest. 3. Layman loc. cit. cap. 11. num. 5. Pirhing. lib. 2. descr. tit. 24. numer. 154. & indicat etiam S. Thom. loc. cit. ubi dicit, quod id maxime pertinere videtur ad potestatem Papae, adeoque censent posse interdum juxta qualitatem causarum, & personarum fieri etiam ab Episcopo. Secundo in poenam criminis commissi ab eo, cui praestitum est juramentum, textu in cap. Nos Sanctorum 5. & cap. Juratos cap. 5. caus. 15. quest. 6. ubi donec excommunicati respiciunt, absolvuntur à juramento fidelitatis, qui illud ipsis praestiterunt. Tertio, ratione gravis injuriae, quam jurans sit passus ab eo, cui juravit, seu ab aliis ejus adherentibus, eo quod per dolum, vim, vel metum injuste incensus, vel lesionem valde enormem juramentum, seu contractus juramento confirmatus, sit extortus, cap. Auctoritatem 2. caus. 15. quest. 6. cap. Verum 15. de Jurejurando, Sanchez lib. 3. in decalog. cap. 21. num. 26. Suarez lib. 2. de juramento cap. 21. num. 6. Layman loc. cit. num. 5. Pirhing. loc. cit. n. 115. qui ex communi dicunt, tunc tale juramentum posse relaxari ab Episcopo, vel alio Praelato quasi Episcopalem jurisdictionem habente; vide verb. Votum, artic. 3. num. 125.

35 Relaxare juramenta directe, id est per modum absolutionis, vel dispensationis pertinet ad solos Superiores, seu Judices ecclesiasticos; quia est actus jurisdictionis spiritualis, cum juramentum sit vinculum spirituale, adeoque ad solam potestatem spiritualem spectat illud dissolvere. Relaxare autem juramenta indirecte, id est ratione materiae, vel supplendo vicem ejus, cui juratum est, & qui remittere debeat, & nolit, potest pertinere etiam ad Judices laicos. Si ille, cui juratum est per metum, vim, vel dolum tale juramentum remittere debeat, & nolit, tunc Judex secularis loco, & nomine illius quamvis renitentis, illud remittere potest, quia quando subditus tenetur prestare consensum ad aliquem actum, & renuit, potest Judex secularis illud praestare, & supplere ejus consensum, & eo invito id prestare, quia in tali casu factum Judicis reputatur factum partis, ut docent Doctores in leg. Si ob causam Cod. De eversione. Et sic tenet Suarez lib. 2. de jurament. cap. 41. num. 16. Suarez lib. 2. cap. 22. num. 13. Laym. loc. cit. cap. 11. num. 9. Pirhing. loc. cit. num. 159. Gutierrez, & alii.

36 Placet hic subnectere formulam juramenti praestandi
FRANCA. BIZLONNE. Tom. IV.

ab Abbatibus, aliisque monasteria, seu ecclesias habentibus cum Jurisdictione quasi episcopali, & territorio separato, quam praescripsit Benedictus XIV. tom. 1. mi Bullarii constituit. 7. incip. Quod sancta §. 11. & est talis.

¶ Ego N. ab hac hora in antea fidelis & obediens vero Beato Petro Apostolo, Sanctaeque Romanae Ecclesiae, & Domino Nostro Domino N. Papa N. suisque successoribus canonicè intransitibus. Non ero in consilio, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel injuriae aliquae inferantur quovis quavis colore. Consilium vero, quod mihi credituri sunt, per se, aut nuntios suos, seu litteras, aut eorum damnum, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum & Regalia S. Petri adiutor eis ero ad retinendum & defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolicum Sedis in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Jura, honores, privilegia, & auctoritatem S. R. E. Domini Nostri Papae, & successorum praedictorum conservare, defendere, augere, & promovere curabo. Neque ero in consilio, vel facto, seu tractatu in quibus contra ipsum Dominum Nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel praedjudicialia personarum juris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur. Et si istalia à quibuscumque tractari, vel procurari novero, impediam hoc pro posse: & quanto citius potero, significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pertinere. Regulas Sanctorum Patrum, decreta, ordinationes seu dispositiones, reservationes, provisiones, & mandata Apostolica totis viribus observabo, & faciam ab aliis observari. Haereticos, schismaticos, & rebelles eidem Domino Nostro, vel successoribus praedictis pro posse persequar, & impugnabo. Sacras BB. Apostolorum memorias singulis trienniis (seu quinquenniis) personaliter, ac per me ipsum visitabo, & Domino nostro, successoribusque praefatis rationem reddam de commissis mihi muneribus, deque rebus omnibus ad mei monasterii, seu ecclesiae statum, ad Cleri, & populi disciplinam, animarum denique, quae meae fidei creditae sunt, salutem quovis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica humiliter recipiam & quam diligentissime exequar: Quod si legitimo impedimento detentus fuero, praedicta omnia adimplebo per certum Nuntium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio conventus monasterii mei (seu Capituli Ecclesiae meae) aut alium in ecclesiastica dignitate constitutum, seu aliam personam habentem, aut his mihi deficientibus, per aliquem alium Presbyterum secularem, vel regularem spectatae probitatis & religionis, de supra dictis omnibus plene instructum. De hujusmodi autem impedimentis docebo per legitimas probationes ad S. R. E. Cardinalem Congregationis Sac. Concilii Praefectum per dictum Nuntium transmittendas. Possessiones vero ad monasterium meum pertinentes non vendam, nec donabo, neque impignorabo, nec de novo infundabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu conventus monasterii mei, inconsulto Romano Pontifice. Et si ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas, eo ipso incurrere volo. Sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia. Sic ibi ad litteram.

Alia ad rem. Vide verb. Votum, cum ea, quae dicitur, & resolvuntur de voto, possint proportionaliter dici, & resolvuntur de juramento.

¶ Tres hic quaestiones non intempestive sunt discutendae. Prima est quatenus juramenta alicuius invalidis adiecta vigorem in praxi habeant? Altera, an ex tali juramento homine detur actio? Et tertia, an ex juramento defuncti teneantur haeredit. Ad primam quaestionem quod attinet, pro ejus recta resolutione distinguende sunt plures actuum species. Sunt enim actus à legibus absolute prohibiti. Sunt actus, qui non dependent à libe-

- 41 ro contrahentium arbitrio. Sunt actus, qui Tertii præjudicium concernunt. Sunt demum actus, qui non valent in favorem agentium, valere tamen possunt, si ab eo cuius interest non impugnentur.
- 42 Actus absolute prohibiti per Juramentum confirmari nequeunt, propterea quod positi si non sunt in arbitrio paciscentium, nec possunt pacis privatorum tolli, præsertim si continentem speciem delicti. Idque non solum de iis actibus intelligendum, qui iuri divino vel naturæ sunt contrarii, sed & quos Jus canonicum, vel civile absolute prohibuit utilitatis publicæ gratia. Atque hinc est, quod Clerici ne accedente quidem consensu jurisdictionem prorogare queunt, *cap. 12. de Juriis*. Absolute enim hæc prorogatio prohibita est. Vide & alia exempla, quæ suppeditat Jus canonicum *cap. 18. de testib. & cap. 4. de testib. cogend. & cap. 7. de pignor.*
- 43 Neque per Juramentum confirmantur actus, qui a libero contrahentium arbitrio non dependent. Sic is, qui venditionem contrahit, pactumque juratum addit, ne unquam pretium exigatur, & tamen venditio omnino maneat, nihil agit, cupitque contradictoria. Nec societates ita initia, ut ad alterum omne lucrum perveniret, ad alterum omne damnus, si vel maxime juramentum intervenisset; Vide Seraphinum de Seraphinis de *privil. juramenti privileg. 130. num. 6.*
- 44 Nota vero, quod actus, quibus certe solemnitates sunt præscriptæ, ob earum defectum nulli quidem sunt, sed non ita paciscentium arbitrio exempti, ut eosdem sine solemnitatibus peractos servare haud possint si velint; Atque ideo actus hujusmodi per juramentum confirmantur, suppleto ipso Juramento defectum solemnitatum; Benckendorff. ad Seraphinum de *privileg. jurament. priv. 120. num. 1.* Selserus de *Juram. lib. 1. cap. 25. num. 117.*
- 45 Variæ hinc oriuntur conclusiones. Transactio, quæ non inspectis tabulis de iis quaestionibus, quæ ex testamento dependent, facta est, non subsistit; accedente juramento valet, ut, quicquid contradicat Seraphinus de *privil. jurament. priv. 100. num. 5.* firmat Benckendorff. *loc. cit. loc. num. 2.* Pariter transactio de alimentis testamento relicti sine Prætoris decreto, & causæ cognitione facta, nulla est; at sustinetur, si accedat juramentum; Facchin. *lib. 3. contrav. jur. cap. 21. Coler. de aliment. lib. 2. cap. 8. num. 24.* Donatio demum excedens 500. solidos sine insinuatione irrita est, at munita Juramento valida est; Seraphin. de *privileg. jurament. fere per tot. ibique Benckendorff. num. 3.*
- 46 Actus tertii præjudicium concernentes per juramentum non confirmantur. Atque hinc sponsalia posteriora licet Juramento munita subsistere nequeunt in præjudicium priorum publicorum, si insistat prior sponsa jure suo. Et renuntiatio jurata S. C. Macedoniani valet in liberorum præjudicium, non item patris, in cuius favorem primario hoc S. C. introductum est.
- 47 Reliquum est, ut disseramus de actibus illis, qui non valent in favorem agentium, possunt tamen valere si non impugnentur ab eo, cuius interest. Hos autem per Juramentum Jure canonico confirmari, noto notus est. Quo fit, ut alienatio fundi dotalis Jure civili non subsistat, si vel maxime uxor consentiat, valet tamen Jure canonico, interveniente Juramento; *c. 28. de Jurejurand. & cap. 2. cod. tit. in 6.* Vide aliud exemplum in *cap. 2. de pactis 6.*
- 48 Perquis ad secundam quaestionem, an ex Juramento detur hodie actio. Sunt qui tenent, juramentum ad servandum juramentum obligari ex *virtute Religionis*, ut tamen nulla alteri acquiratur actio in foro externo. Confer Wiestner *inst. jure can. lib. 2. tit. 24. n. 78.*
- 49 At dari ex Juramento actionem dicendum est, attento *cap. 9. de arbit. tum cap. de jurejurand.* Consule Bohemerum in *Decretal. lib. 2. tit. 24. §. 34. & plurib. sequentib.*
- 50 Tertia & ultima quaestio est, an heredes ex jurejurando defuncti teneantur? At si ex jurejurando datur actio facile est dignoscere, obligari heredes ex jurejurando defuncti. Tamen enim quoad *reatum perjurii* Juramentum defuncti haud transeat in heredes, ipsa ta-

men obligatio, quæ in persona defuncti robur propter jurejurandum accepit, impugnarî minime potest ab hæredibus, quippe qui obligati sunt ad factum defuncti præstandum. *§. (Num. 50. lex 1. tit. 2. p. 6.)*

JURISDICTIO.

SUMMARIUM.

- 1 Jurisdictio unde dicta, & quid sit, ad num. 2.
- 2 Jurisdictionis quotuplex divisio & quæ, ad num. 10.
- 3 Jurisdictio ordinaria quot modis acquiratur, & quæ eam habeant privilegio, lege, vel consuetudine, ad num. 18.
- 4 Jurisdictio ordinaria in quâ differat à delegata, ad num. 21.
- 5 An Episcopi Jurisdictionem immediate à Christo patriter habeant, ac Apostoli habuerint, ad num. 23.
- 6 Quæ sit varia Sacerdotum sive Regularium Jurisdictio quoad Confessionem, ad n. 37.
- 7 An Jurisdictio gravi metu, vi, sive fraude obtenta, seu extorta, ipso jure sit nulla, ad num. 39.
- 8 Quinam actus Jurisdictionis regulariter diebus feriatis sint invalidi, ad num. 41.
- 9 Alia ad rem, ad num. 52.
- 10 Subneantur Additiones ex aliena manu, ad num. 66.

Jurisdictio dicta est à Jure dicendo secundum æquitatem, jurisque Regulas, tamquam præcipue publicæ potestatis officio, colligitur ex *leg. 1. ff. De Jurisd. omni. Judic. & ex leg. 1. §. Damnamus ff. De suscipiis Tutoribus*. Hinc Jurisdictio definitur, quod sit *Facultas alicujus habentis publicam auctoritatem, & eminentiam super alios ad eorum regimen, & gubernationem? Est in re Communis.*

Jurisdictio dividitur primo in *ecclesiasticam, & civilem*. Jurisdictio ecclesiastica est illa, quæ circa causas ad Dei cultum, spiritualeque animarum salutem pertinentes versatur. Et hæc exercetur, nedum in foro externo, sed etiam in foro interno, seu conscientie, & Sacramentali. Jurisdictio civilis, seu politica est illa, quæ circa causas seculares, & profanas versatur, & temporalem republicæ gubernationem respicit. Et hæc exercetur solummodo in foro externo.

Jurisdictio dividitur secundo in *voluntariam, & contentiosam*. Jurisdictio voluntaria est illa, quæ exercetur solum in volentes, & ad hæc in civilibus spectat manumissio, & adoptio juxta *leg. 2. ff. De officio Proconsulis*: In ecclesiasticis autem ad hæc spectant, *ordinatio, consecratio, benedictio, absolutio, dispensatio, beneficiorum collatio, & hujusmodi*, ut notant Doctores in *cap. decernimus 2. de Juriis, & apud Barbosa in officio & potest. Episcop. parti. 3. allegat. 126. num. 4. Jurisdictio contentiosa est illa, quæ exercetur in invitos, v. gr. in jus vocando, puniendo, & alia hujusmodi exercendo, quæ expediti non possunt, nisi Judice pro tribunali sedente, seu quando inter duos, pluresque contenditur; *arg. cap. Inter stipulantem §. 2. de verb. obligat. ibi: Judicium autem etiam in involuntarios redditur, & amplius declarat Glossa in cit. leg. 2. ff. De officio Proconsulis, verb. Contentiosam.**

Jurisdictio voluntaria differt à contentiosa, nedum ex dictis, quia voluntaria solum in volentes exercetur, unde etiam nomen accepit, & contentiosa etiam in invitos exerceri potest in Judicio, unde à contentione partium inibi contententium nomen desumpsit; Sed etiam differt, quia voluntaria Jurisdictio extra proprium territorium valide, & plerumque etiam licite exercetur, dispensando, v. gr. cum subditis in eorum votis, & juramentis, absolvendo à censuris, & peccatis, assistendo eorum matrimoniis, legitimando, adoptando, delegando, & hujusmodi: Cum enim ad voluntariam Jurisdictionis exercitum non requiratur strepitus, seu processus judicialis, nec opus sit Judicem pro tribunali sedere, ideo nulla infertur injuria judicij, in cuius terri-

torio seu dicentis tales privatim actus exercentur, ut docent communiter Doctores in *cit. leg. 2. ff. De officio Proconsulis, & in cap. Nobis 7. de officio Legati*. Jurisdictio autem contentiosa, ut causas tum civiles, tum criminales definire cum strepitu, seu processu Judiciali pro tribunali sedendo, exerceri non potest extra proprium territorium. sine expresso, vel tacito consensu Judicis illius loci, ipsarumque partium contententium: Cum, ut expresse dicitur in *cap. Ut animarum periculis 2. de Constit. in 6. Cum extra territorium Judicanti non pareatur impune, & ita ibi Doctores communiter. (Vide verb. Delegatus, Forum, Judex &c.)*

Jurisdictio dividitur tertio in *ordinariam, & delegatam*. Ordinaria est illa, quæ cuiuspiam jure proprio, seu ratione officij, aut dignitatis suæ ex lege, canone, vel consuetudine competit. Delegata est illa, quam quis non habet jure proprio, sed solum ex commissione alterius, cuius vice fungitur; sic colligitur ex *l. More Majorum, §. l. Et quia ff. de Jurisd. omni. Judic.* ubi is censetur habere jurisdictionem ordinariam, ac delegare posse, qui eam suo jure, non alieno beneficio habet.

Jurisdictio dividitur quarto in imperium, & simplicem Jurisdictionem. Imperium est Jurisdictio, quæ nobili Judicis officio exercetur: Officium autem nobile Judicis est illud, quod non deservit, nec alligatur alicui actioni, sed Juxta *modum proprio*, sive ex officio ex se, & non adductus à partibus, procedere potest ad crimina puniendi, beneficia, privilegia conferenda, & hujusmodi, juxta *cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. Simplex Jurisdictio est, quæ exercetur Judicis officio mercenario: Officium autem mercenarium Judicis est illud, quod deservit, & alligatur actioni intentatæ per partem: Juxta enim habens simplicem Jurisdictionem non potest motu proprio, sive ex officio ex se procedere ad causas & lites civiles, sed solum ad instantiam Actoris. Unde talis Juxta, si partes instant, debet procedere, & sententiam ferre, nec potest ipsas partes ad compositionem compellere, & si partes desistant, debet & ipse à tali Judicialia desistere; sic ex Bartolo in *leg. 1. §. l. Imperium 3. de jur. omni. Judic. Abate in cap. Quod sedem 10. de Offic. Judicis Ordinarii num. 5. Durand. in spec. tit. de Jurid. omni. Judic. num. 10. Molina *tract. 5. de juritia num. 1. 2. & seq. Layman theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 5. num. 7. Pirhing. lib. 1. decr. tit. 31. num. 3.***

Imperium dividitur in *merum, & mixtum*. Merum imperium est Jurisdictio, quæ exercetur Judicis officio nobili publicam utilitatem respiciente, cuius actus sunt leges condere, malefactores punire, & hujusmodi. Mixtum imperium est Jurisdictio, quæ nobili Judicis officio privatam utilitatem respiciente exercetur, & ejus actus sunt, Tutores dare, mittere in possessionem, restituere in integrum, & hujusmodi. Imperium merum appellatur alio nomine *Jurisdictio alta* seu *Summa*. Imperium

mixtum alio nomine dicitur *Jurisdictio bassa*, seu *inferior*, quæ competit cuilibet Magistratui, licet non semper quoad omnes actus; Sic ex *citatis Doctores*.

Imperium merum, seu juxta Jus civile tribus veluti gradibus distinguitur. Primus, seu supremus conditio poenas mortis naturalis, ut combustionis, rotæ, decapitationis, & hujusmodi. Secundus complectitur poenam mortis civilis, ut deportationis in insulam, relegationis, seu banni regij, vel imperialis. Tertius respicit poenas non capitales tum corporis afflictivas, tum famosas, ut amputationis manuum, fustigationis, sistentiæ ad numellas, & hujusmodi; Engel *tit. de Officio Judicis num. 7.* Christophorus Chlängensper *lib. 1. collegi Institut. Justinian. tit. 20. quest. 6. Reiffenst. lib. 1. decret. tit. 29. num. 22. & alii.*

Imperium merum datur etiam de Jure canonico; Ita Glossa magna; & Abbas in *cap. Quod sedem 10. de officio Ordinarii num. 5. Engel cod. tit. num. 12. Reiffenstuel loco cit. num. 25. & 26. Pirhing. loc. cit. num. 3. & alii passim*. Hinc de Jure canonico ad primum gradum imperij meri spectat *Gladus spiritualis*, scilicet potestas excommunicandi, quæ poenis capitalibus comparatur, textu expresso in *cap. Per venerabilem 13. Qui filii sint legitimi §. Sunt autem*. Ita potestas degradandi & tradendi curiæ seculari, juxta glossam in *cap. Quod sedem 10. verb. Committere, ante finem, de officio Ordinarii*, quod æquipatur ultimo supplicio, in *textu notat Innocentius in cap. Qualiter & quando 24. de accusatibus, & alii passim*. Ad secundum gradum spectat potestas relegandi, subjiciendi torture, perpetuis carceribus mancipandi, verberandi flagellis citra mortem, vel mutilationem, & hujusmodi. Ad tertium gradum spectat potestas leniter coercendi in corpore, carcerandi ad tempus, imponendi multam pecuniariam, & hujusmodi; Sic ex *citatis Doctores*.

Jurisdictio ordinaria tribus modis acquiri potest, scilicet; Vel ex privilegio Supremi Principis concessio dignitati, seu personæ; Vel à lege, seu canone; Vel ex consuetudine legitime præscripta; *cap. Duo Simul 6. de officio Ordinarii, Imola ibid. num. 1. Durand. in spec. tit. de officio Vicarii §. 2. uam. 1. Pirhing. loc. cit. num. 5. & alii passim*. Et quidem ex privilegio Supremi Principis Ecclesiastici, scilicet à Summo Pontifice constituuntur Judices Ordinarii, Legati, Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Officiales Sedis seu Curie Romanæ, ut Vicecancellarius, Camerarius, & alii hujusmodi. Et à Supremo Principe seculari, scilicet Imperatore, Rege & hujusmodi constituuntur Duces, Marchiones, Comites, alique provinciarum, aut locorum Governatores, Magistratus, & hujusmodi, qui omnes gaudent Jurisdictione ordinaria; *Communis*. A lege, seu canone constitui censetur Judices Ordinarii, qui secundum præscriptum legis, aut canonis, vel ab homine publicam potestatem habente, vel ab Universitate, seu Collegio, vel Capitulo per electionem constituuntur. Sic

Cum nullus sine titulo, privilegio, possessione immemorabili, quorum virtute, ad eum pertinere Jurisdictionem regiam justicet, eam exercere queat, hacque immemorabili adstante, (1) videatur proinde tempus ab A. præfixum ad illius adquisitionem capax censeri: (2) non tenet in Suprema, nam nullum tempus, eam lucrificandi ergo, sat erit. (3)

(1) L. 6. tit. 29. p. 3. Ibi: Otrosí decimos, que Sefiorio para facer justicia non lo puede ganar ningund como por tiempo, maguer usase de ella alguna sazón, fueras ende si el Rey, ó el otro Señor de aquel lugar que oviese poder de lo facer, gelo otorgase señaladamente: L. 2. tit. 1. lib. 4. El Rey funda su intencion de derecho comun acerca de la Jurisdiccion civil, y criminal en todas las ciudades, villas, y lugares de sus Reynos, y Seforios; y por esto antiguamente ordenamos los Reyes nuestros Progenitores, y Nos ordenamos, que qualquier Prelado, ó hombre poderoso que tiene entrada, y ocupada la jurisdiccion de qualquier de las dichas ciudades, villas, y lugares es tenuto de mostrar, y muestre ante Nos, titulo, ó privilegio por donde la tal Jurisdiccion le pertenescas: en otra manera

non sería consentido usar della. Vid. *verb.* Forum.

(2) L. 1. tit. 15. *ejard.* Mandamos que la posesion inmemorial probándose según, y como, y con las calidades que la ley de Toro requiere, que es la L. 1. tit. 7. lib. 5. de este libro, baste para adquirir contra Nos, y nuestros sucesores qualesquiera ciudades, villas, y lugares, y Jurisdicciones civiles, criminales. L. 1. tit. 7. lib. 5. Ibi: Y digan que así lo vieron ellos pasar por tiempo de quarenta años:.

(3) L. 1. tit. 15. lib. 4. Ibi: Pero la Jurisdiccion civil, y criminal Suprema, que los Reyes han por mayoria, y poderío real, que es de la facer, y cumplir donde los otros Señores Jueces la menguaren, declaramos, que esta no se puede ganar por el dicho tiempo, ni por otro alguno:.